USUARDUS. BENEDICTUS DE NURSIA. GRANUM PASSIONIS. VARIA
Melk, bald nach 1418 Seite 134
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et nabore et nazario palmam martyrii promeruit. ¶ Mediolani natale beatorum nazarii et celsi pueri. quos anolinus sub rabie persecutionis que per nationem excitata est. diu macerato et afflictos necauit in carcere. Horum corpora ut scribit sanctus paulinus cum usque ad tempora honorii et archadii imperatorum latuissent. beatus ambrosius domino reuelante reperit. Quorum sanguis quasi recentissime effusus esset iusque. et capita quasi eodem die abscisa fuissent. Tantumque omnes senserunt odorem. ut omnium aromatum vincerent suauitatem. Festiuitas uero martyrii eorum agitur. v. kalendas augusti. ¶ Eodem + apud prefatam urbem sanctorum martyrum basilidis cirini et naboris. Idus Junii. 13 e. A C

+ die

Ciuitate padua natale sancti confessoris Antonii nacione hispani ordinis sancti francisci. Qui celeberrimus extitit vita miraculis et doctrina. hic agregorio papa spoleti canonizatus est anno papatus sui sexto. tempore frederi